

## Libri

## Quartus

Amplius autem ipsum nunc quod videtur determinari per certum et futurum verum unum et idem semper permanet aut aliud et aliud non facile est scire. Si quidem enim nunc semper alterum et alter. et nullo autem eorum que sunt in tempore alia et alia pars simul est. que non pertinet alia vero pertinet. sicut minus tempus sub pluri ipse nunc quod non est plus. aut fuit necesse est corrupti aliquid et ipsa quod nunc simul ad invicem non erit. Corruptum autem esse necesse est plus. In eodem quod igitur corruptum esse impossibile est. propter hoc quod nunc est in alio autem nunc corrupti plus nunc pertingit. Sic enim impossibile est se habere ad invicem ipsa nunc. sic enim impossibile habita esse in invicem ipsa nunc. ut punctum cum puncto. Si quidem igitur in quod sequenter est non corruptum sed in alio. In medijs nunc que sunt infinita simul erit. hoc autem impossibile est. Quia nec semper manere idem possibile est. Nullum enim divisibile finitum unum terminus terminus est. nec si in uno sit continuum. nec si plura. ipsum autem nunc terminus est. et tempus est accipere finitum. Amplius si simul est ipsum tempus. et nec plus nec postrius in eodem esse et in ipso nunc est. simul sunt que in annis sex milibus simul his que sunt hodie. et nec plus nec posterius nihil aliud alio. De his quidem igitur que in sunt ipsi tot opposita sunt

¶ Nec inquit verum sit idem nunc in toto tempore. Et circa hoc tria facit. primo movere questione. Secundo obijcit ad unam partem. ibi. Si quidem enim. Tercio ad alteram. ibi. Quia negat. Dicit ergo primo quod non est facile scire verum nunc quod videtur distinguere inter presentium et futurum semper maneat idem in toto tempore. an sit aliud et aliud. Tunc ibi. Si quidem enim. Ostendit quod non sit aliud et aliud nunc tali ratione. Que presens tempus non potest simul esse nisi una pertinet alia. que due horze non sunt simul. quia una non pertinet alia. sed hora et dies sunt simul. quia dies pertinet horam. sed unum nunc non pertinet aliud. quia unum indivisibile non pertinet aliud indivisibile. quia continens erit maius contento. modo unum indivisibile non est maius alio. ergo non pertinet ipsum. Si igitur in tempore sunt duo nunc et non possunt esse simul. tunc necesse est unum corrupti altero adveniente. quia alii essent simul. sed hoc est impossibile. ergo non est nisi unum nunc. Minor probatur. quia vel corruptum est in seipso vel in alio nunc. Non in seipso. quia nihil corruptum dum est. Nec potest corrupti in alio. sed in posteriori nunc. quia inter hoc nunc et sequens est tempus medium. sicut probatur sexto huius. Sic igitur

tur inter quolibet duo nunc sunt infinita nunc. si ergo prius nunc corruptum in aliquo posteriori nunc sequitur quod ante sit illud nunc cum omnibus alijs nunc intermedijs. quod est impossibile. le videtur dicitur est. ergo impossibile esse esse aliud et aliud nunc. Tunc ibi. Quia negat. Ostendit quod non possit esse unum et idem nunc duabus rationibus. Prima stat in hoc. cuiuslibet presentium finiti sunt ad minus duo termini. scilicet incipiens et terminans. sed est dare finitum tempus. ergo hoc tempus habet hic duos terminos. sed nunc est terminus tempus. ergo in illo tempore erit ad minus duo nunc. et per consequens plura nunc in tempore. Minor probatur ex similitudine ad lineam que est continua sicut tempus. quia sicut linea finita habet duo puncta terminantia. ita et tempus finitum habet duo nunc terminantia. Tunc ibi. Amplius si simul. tangit secundam rationem que stat in hoc si esset in unum nunc in toto tempore. nunc illa que sunt facta ante mille annos possunt dici nunc facta. sed hoc est falsum. igitur illud ex quo sequitur. Ultimo epilogando addidit tot esse opposita de ipsis nunc que sunt in tempore

¶ Videtur autem esse tempus. et que ipsius natura similiter et extraditis manifestum est. et de quibus attingimus advenientes plus. Quidam enim totum quod motum dicunt. alij autem ipsam spheram. Quavis circularis et per tempus quodam est. Circularis autem non est. pars enim circularionis est que accipitur. sed non circulario. Amplius autem si plures essent celi. similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora simul.

¶ Inquisito an tempus sit cuius occasione etiam questionum fuit an sit idem nunc. sequenter inquit disputatur quod sit tempus plus. Et primo improbat positiones aliorum. Secundo inquit quomodo se habeat ad motum qui temporis inquisitissimus videtur. ibi. Quomodo autem. Circa primum primo ponit opiniones. Secundo improbat eas ibi. Quavis circularis. Dicit igitur primo quod quid sit tempus non est manifestum ex his que dicta sunt ab aristotele. quia non habebat omnes Aristoteles unam opinionem de tempore. quia aliqui dicebant tempus esse motum celi vel circularionem. alij dicebant tempus esse spheram celestem. Consequenter ibi. Quavis circularis. improbat dictas opiniones. Et primo improbat duabus rationibus. Prima stat in hoc. illa non sunt eadem que habent diversas positiones. sed tempus et circulario habent diversas positiones. ergo etc. Minor probatur. quia quilibet pars tempus est tempus sed non quilibet pars circularis est circulario. quia pars motus circularis non est motus circularis. Secunda ratio stat in hoc. si tempus esset circulario sequeret quod plura tempora essent simul. sed hoc est inconveniens. ergo illud ex quo sequitur. Sequela patet. quia multe circulariones. id est multi motus circulares multorum mobilium sunt simul.

¶ Totius autem spheram visum est quod dicitur dicentibus esse tempus. quia in tempore omnia sunt et in totius spheram. Est autem stultius quod dicitur. et quod est de hoc impossibilem considerare

¶ Nec philosophus excludit secundam opinionem